aperitur. Scire igitur debent qui plurī expedit tacent: ne  
inter moleſta que tolereant dum linguam tenent: vi doloris  
exaggerent. Admonēdi ſunt enim: vt ſi p̄ximos ſicut ſe  
diligunt: minime illis taceat yn eos iuste reprehēdat. Uo-  
cis enī medicamine utrōqz ſaluti cōcurrat: dī r ab illo q  
ifert actio piaua atqz puerſa cōpescitur: r ab hoc q ſuſtinet  
doloris feror vulnere apto tēperat. Qui enim p̄ximorū  
Ec.iiij.

## Tertia.

mala respiciunt: et tamen in silentio lingua premunt quasi conspectus vulneribus vsu medicaminis subtrahunt et eo mortis autores sunt: quo virus quod potuerunt curare noluerunt. Lingua itaque discrete frenata est: non insolubiliter obliga sed scriptum namque est. Sapientia racebit usque ad tempus: ut nimis ru: cum oportuni considerat postposita censura silenti: loquendo quod congruit in usu se utilitatis impedit. Et rursus quoque scriptu est. Tempus tacet: et tempus loquendi. Discrete quippe vicissitudinem pensanda sunt tempora: ne aut cum restringi lingua debet: per verba inutiliter despat: aut cum loqui utiliter potest: semetipsam pigre restringet. Quod bene psalmista considerans: dicit. Pone domine custodi oram meam et ostium circumstantie labialis meis. Non enim ponit oris suum parietem: sed ostium petit: quod videlicet aperitur et claudatur. Unde et nobis cante descendit: quatinus os discrete et congruo tempore vox agiat: et rursus congruo taciturnitas claudatur. At contra admonitionem sunt multiloquio vacantes: ut vigilanter aspiciat a quanto rectitudinis statu deperiret dum per multiplicia verba dilabuntur. humana etenim mens aqua more et circclusa ad superiora colligitur quis illic repetit unde descendit et relaxata deperit: qui se per infima inutiliter spargit. Quot enim super se vacuis verbis a silentio sui censura dissipatur: quasi tot riuis extra se ducitur. Unde et redire interius ad sui cognitionem non sufficit: qui per multiloquium sparsa: a se eto se intime considerationis excludit. Totum vero se insidiantis hostis vulneribus detegit: quia nulla mutatione custodie circundatur. Unde scriptum est sicut virus patens et absque muroz ambitu: ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritu suu. Quis enim muru silentiu non habet partem inimici iaculis ciuitas mentis. Et cum se per verba extra semetipsam ejicit: apertam se aduersario ostendit. Quam tanto ille sine labore superat: quanto et ipsa que vincitur contra semetipsam per multiloquium pugnat. Pierumque autem dum per quoddam gradus desidiosus mens in lapsu casus impellitur: dum ociosa cauere verba negligimus: ad noctis quandoque peruenimus: ut prius loqui aliena libeat et postmodum detractionibus eorum vitam de quibus loquitur mordet. At extremum vero usque ad apertas lingua

Ecclesiastes xx.

Ecclesiastes iii.

Psalms xli.

Puerorum xxv

## PARS.

cotumelias eripat. hinc seminans stimuli orium rire accēduntur faces odiorū pax extinguit cordiū. Unde bene p̄ sa-  
lomonē dicit. Qui dimittit aquā caput est iurgiorū. Aquā puer. xvii.  
quippe dimittere est linguam in flum eloquim relaxare.  
Quo cōtra in bona etiā parte iterū dicit. Aqua p̄fundaver  
ba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquam caput est iurgiorū  
quis qui linguā nō refrenat cōcordiam dissipat. Unde e di-  
uerso scriptū est. Qui imponit stulto silentiū iras mitigat.  
Quia autem multiloquio quisq; serviens linguam frenare  
nequiverit: accidit ut rectitudinem iustitie tenere ne equaq;  
posset: testat p̄pheta qui ait. Ut linguos non dirigeat sup  
terram. hinc quoq; salomon iterū dicit. In multiloquio nō  
debet peccarū. hinc es aias ait. Cultus iustitie: silentiū vi-  
delicet indicans: quia mens a iustitia desolatur: quando et  
ab immoderata locutione non parcitur. hinc Jacobus ait. Jaco. i.  
Si quis putat se religiosum esse non refrenans. linguā suā.  
sed seducens cor suum: huius vana est religio. hinc rursus  
ait. Si omnis homo velox ad audiendū: tardus autem ad  
loquendum. hinc iterum adiungit. Lingua inquietū malū:  
plena veneno mortifero. hinc per semetipsam nos veritas  
admonet dicens. Omne verbum ociosum qđ locuti fuerint  
holes: reddent de eo rationē in die iudicij. Ociosus quippe  
vobis est qđ aut rōne lustre necessitatē: aut intētione pie vti-  
litatis caret. Si ergo de ocioso fīmone ratio exigit: pēsem  
q pena multiloquo maneat: i quo etiā p noxia vba peccat.  
Ibidem.  
Jaco. iij.

## AMMONITIO. xvj.

**A**liter admonēdi sunt p̄igrī: atq; alī p̄cipites  
Illi nāq; suadēdi sī ne agēda bona dū diffe-  
rāt amittat. isti p̄o admonēdi sī ne dū bonorū  
op̄ incaute p̄ueniēdo arripūt: eorū merita  
imutēt. Pigris itaq; int̄imadū est q̄ sepe dū  
opportune agere q̄ possimus nolum⁹: paulo post cū volum⁹  
nō valēt. Ipa q̄ppe mēris desidias dū 2gruo feruore nō at-  
tendit: a bonorū desiderio fundit⁹ quale scēte furti⁹ corpore  
mactat. Un̄ apte p̄sa! omōne br̄. Pigrēdo immittit soporē.  
Piger enim recte sentiēdo quasi vigiliat: quis nil operādo  
torpescat. Sed pigrēdo soporez immutere br̄ q̄ paulisper  
puer. xix.  
Ee. iiiij.

## Tertia

etiam recte sentiendo vigilancia amittit: dum a bene operanti studio cessat. Ubique recte subiungit. Et aia dissoluta esurset. Non mens quia se ad superiora stringendo non dirigit: neglectam se inferius per desideria expandit: et dum studiorum sublimis vigore non costringit: cupiditas insinuus efame sciat: ut quo se per disciplinam ligare dissimulat: eo se esurientes per voluptatum desideria spargat. Hinc ab eodez rursus salomonem scribit. In desideriis est omnis oculos. Hinc ipsa honestate predicante uno quidem exelite spiritu munda domus dicit: sed multiplicius redeute dum vacat occupat. Plerumque piger dum necessaria agere negligit: quedam subtiliter difficultas opponit: quedam vero incaute formidat: et dum quasi inuenit quod velut iuste metuat: ostendit per in ocio quasi iniuste torpescat. Cui recte per salomonem dicit. propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo estate et non dabit ei. Propter frigus quippe piger non arat: dum desidias et corpore constrictus agere que debet bona considerat et dissimulat. Propter frigus quippe piger non arat: dum parva ex aduerso mala metuit: et operari maxima pretermittit. Bene autem dicit. mendicabit estate et non dabit ei. Qui euum nunc in bonis operibus non exudat: cum sol iudicij feruenter apparuerit. quia frustra regni aditum postulat: nihil accipies estate medicat. Bene hinc per eundem salomonem rursus dicit. Qui obsernat ventum non seminat: et qui considerat nubes non meruit. Quid enim per ventum nisi malignorum spirituum tentatio exprimitur. Evidemque nubes que mouent a veto: nisi aduersitates prauorum hominum designantur. A vetis quippe impellunt nubes: quae immundorum spirituum afflatu prauum excitatur homines. Qui ergo obsernat ventum non seminat: et qui considerat nubes nunquam metit. quia quisquis temptationem malignorum spirituum. quisquis prosecutionem prauorum hominum metuit: neque nunc grana boni operis seminat: neque tunc manipulos ante retributionis secatur. At contra admonendis sunt precipites: quia dum bonorum actuum preueniunt tempus: meritum peruerunt: et sepe in malis corrunt: dum bona minime discernunt. Qui nequaquam quid quomodo vel quamque agant inspicunt: sed plerumque acta per ita non debuerunt agere cognoscunt. His sub auditioris specie recte per salomonem dicit. Fili sine consilio nihil faci-

Ibidem.  
Matth. xii.

Prover. xx.

Eccles. xi.

Eccles. xxxii.  
Prover. iii.

## par<sup>s.</sup>

as: et post factū nō penitebis. Et rursum. Palpebre tue pre-  
cedant gressus tuos. Palpebre quippe gressus precedunt:  
cū operationē nostrā q̄silia recta p̄ueniunt. Qui em̄ negligit  
considerando preuidere qd̄ facit: gressus tendit: oculos  
claudit: p̄gendo iter cōscit: sed preuidēdo sibimetipsi non  
antecedit: atq̄ idcirco citius corruit: quia quo pedem ope-  
ris ponere debeat: per palpedram consilij non attendit.

## Ammoniſto. xvij.

**A**liter ammonēdi sunt mansueti: atq̄ aliter  
iracudi. Nōnumq̄ vero māsuerti cuz presunt  
vicinū: et quasi iuxta positū torporez desidie  
patiunt. Et plerūq; nūnia resolutione leni-  
tatis vtra q̄s nec esse est vigore distictionis  
emolliunt. At cōtra iracudi cū regimīnū loca percipiūt: quo  
impellente ire in mētis yesanā deuoluunt: eo eti à subdito  
rum vitā dissipata quietia tranquilitate cōfondunt. Quos  
cum furor agit unpreceps ignorat quicqd̄ irati faciūt: igno-  
rant quicquid patiunt irati a semetipsis. Nōnq̄ nō quod  
est grauius: ire sue stimulū iusticie zeli putant. Et cū vitiū  
v̄tus credit: sine metu culpa cumulatur. Sepe ergo māsue-  
ti dissolutiōis torpescūt tedio. sepe iracudi rectitudinis fal-  
lunt zelo. Illorū itaq; v̄tuti vitiū latenter adiungit. his autē  
sū vitiū quasi v̄tus feruens videt. Admonēdi sunt igit illi  
vt fugiant qd̄ iuxta ipsos est: isti qd̄ in ipsis. Attendant illi qd̄  
non habet: discernant isti qd̄ habet. Amplectant māsuerti sol-  
licitudinē: dānent iracudi pturbationē. Admonēdi sunt  
mansueti vt habere etiā emulationem iusticie studeant. ad-  
monendi sunt iracudi vt emulationi quaz se habere existi-  
mant: mansuetudinē subiungant. Idcirco nām qd̄ spirit⁹ san-  
ctus in columba et in igne monstrat: quia videlicet omnes  
quos implet: et colubē simplicitate māsuertos: et igne zeli ar-  
dētes exhibet. Nequaq̄ ergo lctō spū plen⁹ est: q aut i trā  
quillitate māsuetuđinis feruocē emulationis deserit: aut rur-  
sum in emulationis ardore v̄tutē māsuetuđinis amittit. Qd̄  
forte mellus ofidinus: si in mediū pauli magisteriū pfera-  
mus: q duobus discipulis et non diversa charitate preditis:

## Tertia

q. Thi. iii.  
Ad tyt. q.

Diversa tñ adiutoria predicationis impedit. Thymotheus nam  
qz admones: ait. Argue obsecra increpa cu omni patientia  
et doctrina. Tytum quoqz admonet dicens. hec loquere et  
exhortare: et argue cum omni imperio. Quid est qz doctrinam  
suam tanta arte dispensat: ut in exhibenda hac alte-  
ri imperiis atqz alteri patientia pponat: nisi qz misuetioris  
spiritus Tytu: et paulo feruenteris vidit esse Thymotheus:  
Illum p emulationis studii inflamat: hunc per lenitatem  
patientie temperat. Illi quod deest iugit: hunc quod super-  
est subtrahit. Illum stimulo impellere nitit: hic freno mo-  
derat. Magnus quippe suscepit ecclesie colon<sup>9</sup> alios pal-  
mites ut crescere debeant rigat: alios cu plus iusto cresce-  
re cōspicit refecat ne aut nō crescendo nō ferant fructus: aut  
unmoderate crescendo quos ptulerunt amittant. Sed longe  
alisa est ira qz sub emulationis specie surripit: alia qz turbas  
tu cor et sine iusticie pretextu cofundit. Illa enim in hoc qz  
debet inordinate extendit: hec autem semper in his qz nō debet  
inordinate inflammat. Sciendu quippe est quia in hoc ab  
impatientibus iracundi differunt: qz illi ab alijs illata non  
tolerant. isti autem etiam que tolerantur imponunt. Nā ira  
cundi sepe etiam declinantes insequuntur. rix occasionem co-  
mouent: in bore contentionis gaudient: quos tamen melius  
corrigit: si in ipsa ire sue comotione declinam<sup>9</sup>. Pertur-  
bati quippe quid audiant ignorant: sed ad se reduci tanto  
libentius exhortationis verba recipiunt: quanto se tranquillius  
toleratos erubescunt. Venti autem furore ebrie omne  
rectum quod dicitur peruersum vide. Unde et naval ebrio  
culpam suam abigail laudabiliter tacuit: quā digesto vino  
laudabiliter docuit: et idcirco malū quod fecerat cognosce-  
re potuit: quia hoc ebrius non audiuit. Cū vero ita iracun-  
di alios impetunt ut declinari omnino non possint: nō aper-  
ta exprobratione: sed sub quadam sunt cautela reueretie par-  
cendo ferendi. Quod melius ostendimus: si abner factum  
ad medisi deducamus. hunc quoqz cum azahel vi incaute  
precipitationis impeteret: scriptum est. Locutus est abner  
ad azahel dicēs. Recede a me. noli me persequi: ne cōpel-  
lar cōfodiere te in terrā. Qui audire zēpist: et noluit decli-  
nare. Percussit ergo eū abner auersa asta sanguine et trās-

L Reg. xxv.

u. Reg. q.

## par*s*

fodit eum: et mortuus est. Cuius enim azahel typū tenuit: nisi eorum quos vel hemeter arripiēs furor imprecepis ducit. Qui in eodem furoris impetu rāto caute declinādi sunt: cōpro et insane rapiuntur. Uri et abner (q̄ nostro fōrone patris lucerna dī) fugit: qz doctor lingua que supernū dei lumē indicat cū per abrupta furoris mentē cuiuspias ferri conspicit: cūq̄ cōtra irascentē dissimulat syborū iacula reddere: quasi per sequentē nō vult ferire. Sed cū irascidi nulla cōsideratione se mitigant: quasi azahel psequi et insanire nō cessant. Ne cesset est ut hi q̄ furētes conant reprimere: ne qua dī in furore se erigat: sed quicq̄d est tranquilitatis ostendat: quedā nō subtiliter pferant: in q̄b⁹ et obliquo furētis alium pugnat. Uri et abner cū xtra psequētē substitit: nō ei recta: s̄ auersa hasta transforauit. Ex mucrone quippe percutere est impetu aperte increpationis obnubilare. Auersa nō hasta perseque tem ferire est furentē tranquille ex quibusdaz rāgere et quasi parcendo superare. Azahel autem protinus occubuit: qz cōmōte mentes dum et parci sibi sentiunt et tamen respōsio numeratione in intimis sub tranquillitate tangunt: ab eo q̄ se erexerant statim cadunt. Qui ergo a furoris sui impetu sub levitatis percussione resiliunt: quasi sine ferro moriūtūr.

## Ammonitio. xviii.

**A**liter admonendi suut humiles: atq; aliter elati. Illis insinuandum est q̄ sit vera excellētia quam sperando tenet: istis vero int̄mandū est q̄ sit nulla temporalis gloria quā et amplectentes nō tenent. Audiāt humiles q̄ sint eterna que appetunt q̄ transitoria que cōtemnunt. Audiāt elati q̄ sint transitoria que ambūt: q̄ eterna q̄ perdunt. Audiāt humiles ex magistra voce veritatis. Ois q̄ se humiliat exaltabit. Audiāt elati. Ois q̄ se exaltat humiliatur. Audiāt humiles. Hiam precedit humilitas. Audiāt elati. Ante ruinā exaltatur spiritus. Audiāt humiles sup quem requiescerit spiritus meus nūi super humili et quietū et tremētē sermones meos. Audiāt superbi quid superbis terra et cinis. Audiāt humiles: deus humilia respicit. Audiāt elati: et alta a longe cognoscit. Audiāt humiles

Luce. xviii.  
Ibldem  
Prover. xv.  
Prover. xvi.  
Esa. lxxvi.  
Eccl. x.  
Pa. cxlvij.

## Tertia

Matth. xx.  
Eccl. x.  
Phil. ii.  
Job. xli.

quia filius hominis nō venit ministrari: sed ministrare. Audiant elati: quia iniuriam omnis peccati superbia est. Audiant humiles: quia redemptor noster humiliavit semetipsum: factus obediens patri usq; ad mortem. Audiant elati quod de eorum capite scriptū est. Ipse est rex super omnes filios superbie. Occasio igitur perditionis nostre facta est superbia diaboli et argumentum redemptionis nostre inuēta est humilitas dei. Hostis enim noster inter omnia condidit: voluit videri super omnia elatus: redemptor autem noster magnus manens super omnia: fieri inter omnia dignatus est puerus. Dicatur ergo humilibus: quia dum se deihcunt ad dei similitudinem ascendunt. Dicatur autem elatis: quia dum se erigunt: in apostate angeli imitatione cadunt. Quid itaq; elatione deiectus: que dum supra se tenditur: ab altitudine vere celsitudinis elongatur? Quid autem humiliitate sublimius que dum se in ima deprimit auctor suo manenti super summa coniungitur? Est tamen aliud quod in eis debeat causae pensari quia sepe quidam humilitatis decipiuntur specie quidam vero elationis sue ignorantia falluntur. Nam plerumq; nonnullis qui sibi humiles videntur: is qui hominibus deferri non debet coniunctus est timor plerumq; vero elatos comitari solet libera vocis assertio. Et cum quedam increpanda sunt vitia illi reticent ex timore: et tamen tacere se estimant ex humiliitate: isti loquuntur per impatientiam elationis: et tamen se credunt loqui per libertatem rectitudinis. Illos ut peruersa non increpent sub specie humilitatis premit culpa formidinis: istas ad increpandas que non debent aut magis ip̄s debent sub imagine libertatis et frenatio impellit tumoris. Unde et elati admonendi sunt: ne plusq; decet sint liberi: et humiles admonēdi sunt: ne plusq; expedit sint subiecti: ne aut illi defensionem iusticie tant in exercitationem superbie: aut isti cum student plusq; necessarie est hominibus subiici copellantur eorum etiam vitia venerari. Considerandum vero est q; plerumq; elatos vitios corrigimus si eorum correptionibus quedam laudis someta misceamus. Inferēda nāq; sunt illis aut alia bona q; in ipsissimis dicendū certe que poterant esse si nō sunt: et tunc demū resecanda sunt mala que nobis displicet: cum prius ad au-

## pars

diendum eorum placabilem mentem fecerint premissa bona que placent. Nam et equos indomitos blanda pri<sup>o</sup> manu tangimus: ut eos nobis plenus postmodum etiam per flagella subigamus: et amaro pigmentorum pocolo mellis dulcedo adsumitur: ne ea que saluti profutura est in ipso gusto aspera amaritudo sentiatur: et dum gustus per dulcem dinem fallitur: humor mortiferus per amaritudinem vacua tur. Ipsa ergo in elatis inunctionis exordia permixta sunt laude temperanda: ut dum admittunt fauores quos diligunt etiam correptiones recipiant quas oderunt. Plerumque autem persuadere elatis utilia melius possumus: si profectum eorum nobis potius quam illis profuturum dicamus: et si eorum meliorationem nobis magis quam illis profuturam dicamus: et eam magis nobis quam sibi impendi postulamus. Facile enim ad bonum elatio flectitur: si et alijs eius inste rio prodesse creditur. ¶ Unde moyses qui regente se deo deserti iter aerea coluna duce pergebat: cum ob ab cognatum suum a gentilitatis conuersatione vellere educere et omnipotentis dei dominio subflugare: ait. Proficiscimur ad locum quem dominus datus est nobis: veni nobiscum ut benefaciamus tibi: quia dominus bona promisit israeli. Cui cum respondisset ille: non vadam tecum: sed reuertar ad terram meam in qua natus sum: illico adiunxit. Noli nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus: et eris dux noster. Neque enim moysi mentem ignorantia itineris angustabat quem et ad propherie scientiam cognitionem diuinitatis expaderat: quem columnam exterius preibat: quem de cunctis interioribus per conuersationem cum deo sedalam locutio familiaris instruebat. Sed videlicet vir prouidus elato auditori colloquens solacium petiuit ut daret ducenti eum requirebat in via: ut dux ei fieri ad vitam potuisset. Egredit itaque ut superbus auditor vocis ad meliora suadenti eo magis fieret deuotus quam putaretur necessarius: et unde se exhortatem suum precessere crederet: inde sub verbis se exhortantis inclinaret.

Numeri. x.

## ¶ Ammonitio. xix.

## Tertia

# A Liter amonendisunt

pertinaces: atq; aliter inconstantes. Pertinacibus namq; dicendum est: q; plus dicendum est q; plus de se q; sunt sentiunt: et idcirco alienis consilis non acquiescunt. Inconstantibus vero intimandum est q; valde se despicientes negligunt et ideo levitate cogitationum a suo iudicio p; temporum momenta flectuntur. Illis dicendum est quia nisi meliores se ceteris estimarent nequaq; cunctorum consilia sue deliberationi postponeret. Illis dicendum est quia si hoc quod sunt vtilius attenderet nequaq; eos per tot varietatis littera mutabilitatis aura versaret. Illis per paulum dicitur. Nolite prudentes esse apud vosmetipos. At contra isti audiant: nō circumsferamur omni vento doctrine. De illis per salomonem. dicitur. Co-  
medent fructus vinee sue: suisq; consilii saturabuntur. De  
istis autem ab eo rursus scribitur. Cor stultorum dissimile erit. Cor quippe sapientium sibi metipisis semper est simile quia dum rectis persuasionibus acquiescit: constanter se in bono opere dirigit. Cor vero stultorum dissimile est quia du mutabilitate se variu exhibet: nūq; idem qd fuerat manet. Et quia quedā virtus sicut ex semetipisis signuntur ita ailia ex aliis oriuntur. Sciendum sumopere est q; tunc ea cor ripieciā melius tergimus cu; ipsa ab amaritudinis sue fonte siccamus. Pertinacia autē ex superbia: inconstans vero ex levitate generatur. Admonendi igitur sunt pertinaces ut elatione sue cogitationis agnoscāt et semetipios vincere studeant ne du rectis aiorū suasionibus foris superari despicunt: intus a superbia captivi teneantur. Admonēti sunt ut solerter aspiciant: qz filius hōis cui vn a patre semper voluntas est: ut exemplū nobis fragende nostre voluntatis prebeat dicit. Non veni facere voluntatē meaz: sed eius q misit me patris. Qui ut huius adhuc virtutis gratiam commendaret: seruaturum se hoc in extremo iudicio prohibet cum ait. Ego a meipso nō possū facere quicq; sed sicut a dio iudico. Quia itaq; conscientia dignatur homo alieno voluntati acquiescere: qn dei et hominis filius cum virtutis sue gloriā venit ostendere: testatur se nō a semetipso iudicare

Roma.xij.  
Prover.i.

Prover.xv.

Johan.vi.

Johan.v.

## pars

**C**At contra ammonedi sunt inconstantes: ut mentem gravitate roboarent. Tunc enim germina in se mutabilitatis arefaciunt: cum a corde prius radicem levitatis abscondint quod tunc fabrica robusta construitur: cuius primum locus solidus in quo fundamenti ponit debeat prouidetur. Nisi ergo aenam mens levitas caueatur: cogitationum inconstans minime vincitur: a quibus a se alienum paulus fuisse perhibuit cum dicit. Nunquid levitate visus sum: aut que cogito secundum g. Cop. i. carnem cogito: ut sit apud me est: et non. Ac si aperte dicat Idcirco mutabilitatis aura non mouet: quod levitatis virtus non succumbo.

## Ammonitio.xx.

**A**liter adimonendi sunt gule deditis: atque aliter abstinentes. Illos enim superfluitas locutionis levitas operis: atque luxuria: istos vero sepe impatientie sepe vero superbie culpa comittatur. Nisi enim gule deditos immoderata loquacitas raperet: dives ille quis epularit quo quotidie dicitur splendide: in lingua grauius non arderet dicens Luce. xvi. Pater abraham miserere mei: et misere lazaram ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma. Quibus profecto verbis ostenditur quia epulando quotidie crebrius in lingua peccauerat: quis totus ardens refrigerari se in lingua precipue requirebat: Rursum quia gule deditos levitas protinus operis sequitur auctoritas sacra testatur dicens. Sed it populus Eco. xxxij. manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Quos plerumque edacitas usq; ad luxuriam petrahit: quia dum satietate venter extenditur aculei libidinis excitantur. Usque et hosti calido quod primi hois sensum in concupiscencia ponit aperit: sed in peccati laqueo strinxit divina voce df. Pectore et ventre repes. Ac si aperte diceret. Cogitatione et ingluie super humana corda dominaberis. Quia gule deditos luxuria sequitur: propheta testatur: qui dum aperta narrat: occulta denunciat dicens. Princeps cocorum destruxit muros Hierusalem, princeps namque cocorum yester est cui magna

## Tertia

cura obsequium a cocis impenditur: ut ipse delectabiliter cibis impleatur. Muri autem hierusalem virtutes sunt anime: ad desiderium superne pacis elevatae. Cocorum igitur princeps muros hierusalem deiscit: quia dum venter inglu-  
cie extenditur: virtutes anime per luxuriam destruuntur. Quo contra nisi mentes abstinentium plerumque impatiens  
a sinu tranquillitatis excuteret: nequaquam petrus dum di-  
ceret: ministrare in fide vestra virtutem: in virtute ait sci-  
tiam: in scientia autem abstinentiam: protinus vigilanter adiungere dicens. In abstinentia autem patientiam. De-  
esse quippe abstinentibus patientiam preuidit: que eis: ut  
adesset admonitus. Rursum nisi cogitationes abstinentium  
aliquando superbie culpa transfigeret: paulus minime di-  
xisset: qui non manducat manducantem non iudicet. Qui  
rursus ad alios loquens: dum de abstinentie virtute glo-  
riantium precepta perstringeret: adiunxit. Que sunt ratio-  
nem quidem habentia sapientie in superstitionem et humili-  
tatem et non ad parcendum corpori: non in honore corpo-  
ris: non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Quia in re-  
diligerenter quoque aduertendum est quod in disputatione sus-  
predicatore egregius: superstitioni humilitatis species iun-  
git: quod dum plusque necesse est caro atteritur per abstinentias  
humilitas foris ostenditur: sed de hac ipsa humilitate gra-  
uiter interius superbitur. Et nisi mens plerumque ex absti-  
nentie virtute tumesceret: nequaquam haec velut inter magna  
merita phariseus arrogans studiose enumeraret dicens.  
Item bis in sabbato. Admonendi ergo sunt gule dedi-  
cti: ne in eo quod escarum delectationi incubunt: luxurie se mu-  
crone transfigant et quanta sibi per esum loquacitas: quan-  
ta mentis levitas insidiatur: aspiciant: ne dum ventri mol-  
liter seruiunt: vitiorum laqueis crudeliter astringantur.  
Tanto enim longina a secundo parente receditur: quanto  
per immoderatum ysum dum manus ad cibum tenditur  
parentis primi lapsus iteratur. At contra admonendi  
sunt abstinentes ut sollicite semper aspiciant: ne cum gule  
vitium fugiunt acriora his virtutia quasi ex virtute generen-  
tur: ne dum carnem macerant: ad impatientiam spiritus ab-  
erumpat: etiam nulla virtus est quod caro vincitur: si spiritus ab-

q. Pet. i.

Roma. xiiii.

Luce. xviii.

# PARS.

ira superat. Aliquando autem dum mens abstinentium ab  
ira se deprivat: hanc quasi peregrina venientia leticia corrū-  
pit: et eo abstinentie boni deperit: quo sese a spiritualib⁹ vi-  
tis minime custodit. Unde recte per prophetā dicitur. Ec-  
ce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Et paulo  
post. Ecce ad lites ⁊ contentiones ieiunatis: ⁊ percutitis  
pugno impie. Voluntas quippe ad leticiam pertinet: pu-  
gnus ad iram. Incassum ergo per abstinentiam caro at-  
testatur: si inordinata demissa motibus mēs vitijs dissipatur  
Rursumq; admonendi sunt vt abstinentiam suam ⁊ semper  
line immutatione custodian et nunc hanc apud occultus  
iudicem eximie virtutis credant: ne si fortasse cum magni  
meriti esse creditur: cor in elationem subleuetur Hinc nāq;  
per prophetā dicitur. Numquid tale est ieiunium quod ele-  
git? Sed frange esurienti panem tulum: ⁊ egenos vagosq;  
induc in domum tuam. Quia in re pensandum est virtus ab-  
stinentie q; parua respicitur: que non nisi ex alijs virtutibus  
commendatur. Hinc Johel ait. Sanctificate ieiunium. Je-  
iunū quippe sanctificare est adiunctis alijs bonis dignam  
deo abstinentiam carnis ostēdere. Admonendi sunt ab-  
stinentes: vt nouerint qz tunc placentem deo abstinentiam  
offerunt cum ea que sibi de alimentis substrahunt indigen-  
tibus largiuntur. Solerter nāq; audiendum est quod per  
prophetā dominus redarguit: dicens. Cum ieiunaretis ⁊  
plangeretis in septimo ⁊ in quinto mense p̄ hos septuagin-  
ta annos: numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum come-  
deretis et biberetis: numquid non vobis metiōpis comedias  
et vobis metiōpis bibistas? Non enim deo: sed sibi quis-  
q; ieiunat: si ea que ventri ad temp⁹ us substrahit: non ege-  
nis tribuit: sed ventri postmodum offerenda custodit. Ita-  
q; ne ant illos appetitus gule a mentis statu deſciat: aut  
illos afflcta caro ex elatione supplātet. Audiant illi ex ore  
veritatis. Attendite enim vobis ne forte grauentur corda  
vestra in crapula et ebrietate: ⁊ curis huius mūdi. Qbi vti-  
lis quoq; paucor adiungitur. Et supermeniat in vos repen-  
tinus dies ille. Tāq; laqueus enim veniet in omnes qui  
sedent super faciem omnis terre. Audiant isti. Non que in  
frang per os conquinat hominē: sed que exēunt de ore illa

Ibidem.

Johel. i.

Zacharia. viii.

Luce. xxi.

Mar. viii.

ff. i

## Tertia

sunt q̄ inq̄nāt hominē. Audiāt illi. Esca vēris i vēter esca  
deus sit i hanc destruet. Et rursū. Nō in cōmēssationib⁹  
i ebrietatib⁹. Et rursū esca nos om̄ēdat deo. Audiānt isti  
qz oīa mūida mūidis: coinqūnatīs alit i infidelib⁹ nihil est  
mūidū. Audiāt illi: quorū dēns venter est i gloria in confuz  
sione ipsoꝝ. Audiānt isti. Discedēt qdē a fide i p̄itate. Et  
p̄ulopost: phibentis nubere precipientium abstinerē a ci  
bis q̄s deus creanit ad p̄cipiēndi c̄i granarii actione fide  
libus: i h̄is qui cognouerūt veritātē. Audiāt illi. Bonū est  
nō māducare carnē neq̄ bibere vīni: neq̄ facere in q̄ frāk  
tūus scandalizatur. Audiāt isti. Modico vīno vtē ppter  
stomachum i frequētes tuas infirmitates. Quatinus i illi  
discant cibos carnis inordinate non appetere: i isti creatu  
ram dei quam non appetunt non audeant cōdēnare.

## Ammonistio.xxi.

**A**liter admonēdi sūt q̄ sua iā misericorditer  
tribuunt: atq̄ sūt q̄ adhuc i aliena rapere  
cōtēdit. Admonēdi sunt nāq̄ q̄ iā sua mis  
ericorditer tribuūt: ne cogitatōe tumida sup  
eos quib⁹ terrena largiūtur se extollat: ne  
idcirco se meliores estimet: quia cōtinēti perse ceteros vī  
dēnt. Nam terrene domus dñs famulorum ordines minis  
teriaq̄ despartiēs: hos vt regant: illos vero statuit vt ab  
altis regantur. Istos iubet vt necessaria ceteris prebeant:  
illos vt accepta ab altis sumant. Et th plēsiq̄ offendunt q̄  
regunt: et in patris familiis gratia permanent qui regunt  
Iam merentur qui dispensatores sunt: sine offensione per  
durant qui ex aliena dispensatione subsistunt. Admonē  
di sunt igitur qui iam que possident misericorditer tribuūt  
vt a celesti domino dispensatores esse positos subscidiorum  
temporalium agnoscant: i tanto humiliter prebeant: quan  
to i aliena esse intelligunt q̄ dispensant. Cuiq; in illorū mi  
nisterio quibus accepta largiūntur constitutos se esse consi  
derant nequaq; eorum mentes tumor sublenet: sed timor  
premat: Unde i necessitate esti vt sollicite perpēdiant: ne cōmis  
ta indigne distribuant: ne quedam quibus nulla: ne nullis  
quibus quedam: ne multa quibus paucā: ne paucā p̄beant

# parc

q̄dus impēdere multa debuerūt: ne p̄cepitatione hoc q̄d  
tribuit inutiliter spargāt: ne tarditate perētes nocue cua-  
tient: ne recipiende hic ḡf intentio subrepat: ne dationis  
lumen laudis transitorie appetitio extinguat: ne oblatum  
mun⁹ coniuncta tristitia obsideat: ne in bene oblato mune  
re anim⁹ plusq; decet hilarescat: ne sibi quicq; cū totū re-  
cte ipse uerint tribuant: iū simul ola postq; peregerint pdant  
Ne enim sibi virtutem sue liberalitatis depudent: audiāt  
q̄d scriptū est. Si q̄s amīnistrat tanq; ex virtute quā amīni-  
strat deus. Ne in benefactis imoderati⁹ gaudeat: audiāt  
q̄d scriptū est. Si feceritis hec oia q̄ p̄cepta sunt vobis: di-  
cite: serui inutilis sumus que debuum⁹ facere fecimus. Ne  
largitatē tristis corrūpat: audiāt q̄d scriptū est. hilarez  
enī datore dūligit deus. Ne ex impenso muhete transito-  
riam laudem querant: audiāt quod scriptum est. Nesciat  
sinistra tua: quid faciat dextera tua idest pie dispensationi  
nequaq; se gloria vite presentis admisceat: sed opus recti-  
itudinis appetitionem ignoret. sautoris: ne impense gratie  
vicissitudinem requirant: audiāt quod scriptum est. Cum  
facis prandium aut cenam: noli vocare amicos tuos aut  
fratres tuos neq; cognatos: neq; vicinos dinites: ne forte  
te ipsi reuinuisent & fiat tibi retributio. Sz cū facis cōiuīuz  
voca pauperes: debiles: claudos: cecos & beat⁹ eris: quis  
non habent retribuere tibi. Ne q̄ prebēda sunt citius: sero  
prebeantur: audiāt quod scriptum est. Ne dixeris amico  
tuo: vade et reuertere: et cras dabo tibi: cum statim possis  
bare. Ne sub obtentu largitatis ea que possidēt inutiliter  
spargent. Audiāt quod scriptum est. Studet elemosyna  
in manu tua. Ne cum multa necesse sunt parva largiātur:  
audiāt quod scriptum est. Qui parce seminat: parce & me-  
tet. Ne cum pauca oportet: plurima prebeāt: & ipsi postmo  
diuīopīa tolerātes ad impatientiā eripāt audiāt quod scri-  
ptū est. Non ut alijs sit remissio: vobis autē tribulatio: sed  
ex equalitate vestra abundantia illorū inopīa suppleat: vt  
& illoz abundātia vestre inopīa sit supplementi. Cū enī dā-  
tis mens ferre inopīa nescit: sed multa sibi subtrahit: occa-  
sionem contra se impatientie exquirit. prius namq; prepa-  
randus est patientie anim⁹: & tūc aut multa sunt aut cuncta  
ff.ij.

i. Pet. iiiij.

Luce. xvij.

li. Cor. viii.

Mat. vii.

Luce. xiiij.

Prover. iiij.

li. Cor. ix.

li. Cor. viij.

# Tertia

largenda: ne dū minus equanimiter in opere irruens feris: et  
sumisse largitatis merces peatis: et adhuc mete deteri⁹ mur-  
matio subsequens verdat. Ne oīo nihil eis p̄beāt: quib⁹  
cōserre aliquid parvū debeat: audiāt qđ scriptū est. Oi peten-  
ti te tribue. Ne saltē aliquid p̄beāt: q̄bus oīo cōserre nihil  
debet: andiāt qđ scriptū est. Da bono: et noli recipere pec-  
atorē. Bñfac humili: et nō dederis ipso. Et rursum. Panes  
tuū et vīnu sup sepulturā iusti constitue et noli ex eo manduca-  
re et bibere cū p̄toribus. Panē enī suū et vīnu p̄torib⁹ pres-  
bet: qui iniq⁹ subsidia pro eo qđ iniq⁹ sunt impedit. Unde  
nōnnulli hui⁹ mūdi diuites: cū fame crucianē xp̄i pauperes  
effusis largitatibus nuerūt hystriones. Qui vero indigēti  
etia⁹ peccatori panē sūlū: non quia peccator sed qđ homo est  
tribuit nō peccatorē sed iustum nutrit: qđ in illo non culpam  
sed naturā diligit. ¶ Admonēdi sunt eriam qđ iam sua mis-  
ericorditer largiuntur: ut sollicite custodire studeāt: ne cum  
cōmissa p̄tē elemosynis redimis: adhuc redimenda cōmis-  
sati. Ne venale dei iustitiā estiment: si cū curant p̄ pecca-  
tis nūm̄ os tribuere arbitrētur se posse multū peccare. Me-  
lior qđ p̄pe est alia ḡ esca: mellus corpus ḡ vestimentū. Qui  
ergo escā aut vestimentū pauperibus largitur: sed tñ ale-  
vel corporis iniquitate polluit qđ minus est iusticie obtulit et  
quod manus est culpe cōmisit: sua deo dedit: et se diabolo.  
¶ At contra admonendi sunt qui adhuc et aliena rapere  
contendunt: ut sollicite audiāt quid venies in iudicium do-  
minus dicat. Ait namq; Esurii et non dedistis mihi man-  
ducare: sitiui et non dedistis mihi potum: hospes fui et nō  
collegistis me: nudus et nō operistis me: infirmus et in car-  
cere: et non visitastis me. Quibus etiam premitur dicens.  
Discide a me maledicti in ignē eternum qui p̄parat⁹ est  
diabolo et angelis eius. Ecce nequa ḡ audiunt: quia rapi-  
nas vel aliqua quelibet violenta cōmiserunt: et tamen eter-  
nis gehennae ignib⁹ mancipantur. ¶ Hinc ergo coligenda  
est: quanta damnatione plectendisunt qui rapiunt aliena  
si tanta aduersione feriūt qui sua indiscrete tenuerunt  
perpendat quo eos obliget reatu res rapta: si tali subiicit  
pene nō tradita. Perpendant quid meredit iniustitia illa-  
ta: si tāta p̄cussione digna est pietas nō impēsa. Cū aliena

Luce. vi.

Ecclesi. xij.  
Thob. iiiij.

Mat. vi.  
Luce. xij.

Mut. xxv.

Mat. xxv.

## pars.

rapere intendit: audiāt qđ scriptū est. Ue ei qđ multiplicat  
nō sua: quousq; aggrauat cōtra se dēsū lutū. Quaro contra Abacuc.ij.  
se dēsū lutū aggrauare est terrena lucra cū pōdere p̄cā cū  
mulare: cū multiplicare larga habitatiois ipacia cupiunt:  
audiāt qđ scriptū est. Ue qđ iūgitis domū ad domū: et agrū  
agro copulatis: vīsq; ad terminum loci. Numqd habitabitis Esaie.v.  
solivos in medio terre: Ac si apte diceret. Quousq; vos ex  
tēditis qđ h̄re s̄ in eiusmodi mundo 2sortes minime poteritis?  
Cōūctos qđē premittis: sed cōtra quos valeatis extēdere  
semp iūuenitis. Cū agēdis pecunias inibiāt: audiāt qđ scri-  
ptū est. Quar? nō implebit pecunia: et qđ amat diuitias nō Eccl.v.  
capit fructū ex eis. Fructus qđ p̄ce ex illis caperet: si eas bñ  
spargere nō amādo voluissēt. Qui vero eas dūligēdo reti-  
net hic vīcīs sine fructu derelinq̄t. Si repleri cūctis simul  
operib; inardescūt: audiāt qđ scriptū est. Qui festinat dūs  
ri nō erit inoccēs pfecto ei qđ augere opes abit: vita p̄ctū puer. xxvii.  
negligit: et more aūli captiū cū escam terrenarum rerum  
aude cōspicit: quo stranguletur peccati laqueo non agno-  
scit. Cum quelibet presentis mundi lucra desiderant et que  
de futuro dāmno patientur ignorant: audiāt quod scri-  
ptum est. Hereditas ad quam festinatur in principio: in no-  
uissimo benedictione carebit. Ex hac quippe vita initium  
ducimus: vt ad benedictionis sortem in nouissimum venia-  
mus: qui itaq; in principio hereditare festinant: sortem sibi  
in nouissimo benedictionis amputant: quia dum per suari-  
cie nequitiam hic multiplicari appetunt: illuc ab eterno pa-  
trimonio exheredes sunt. Cumq; plurima ambiunt: vel  
obtinere cuncta qđ ambiri possunt audiāt quod scriptū est.  
Quid prodest homini si totū mundum lucretur: anime ve-  
ro sue detrimētū faciat? Ac si aperte veritas dicat. Quid  
pdest homini si totū qđ extra se est cōgregat: si hoc ipsū so-  
lum qđ ipse est dānat? Plerūq; autem citius raptorū au-  
ricia corrigit: si in verbis admonētis qđ fugitiua sit presens  
vita mōstret: si eoz ad mediū memoria deducatur qđ et dis-  
tari in hoc mundo dū conati sunt: et tñ in adeptis diuitijs.  
dū manere nequierunt: quibus festina mors repente et si  
mul abstulit: quicq; eoz nequitia nec simul nec repente cō-  
gregauit: qđ nō solū hic rapta reliquerūt: s̄ secū ad iudicū  
ff.iii.

## Tertia.

causas rapine detulerunt. Hoc itaq; exēpla audiunt: quos  
in verbis suis procul dubio et ipsi cōdēnat: ut cum post ver-  
ba ad cor redeant: imitari saltem quos iudicant erubescat

## Ammonitio. xxi.

**A**liter admonēdi sunt q; nec aliena appetit  
nec sua largitur: atq; alii q; et ea q; habent  
tribuit: et tñ aliena raperent: desistit. Ado-  
monēdi sūt q; nec aliena appetit nec sua lar-  
giuntur: ut sc̄iat sollicite q; ea de q; sūpti sūt cū  
etis hoib; terra cōis est: et idcirco alimenta quoq; omnibus  
communiter profert. Incassum ergo se innoentes putant  
qui communie de imunus sibi priuatim vendicant: qui cum  
accepta nō tribuit: primor nece grassant: q; tot pene q; cū  
die pīmōt: q; morētū pauperi apd se subsidia abscondunt  
Nā cū qlibet necessaria indigentibus ministram⁹ sua illis  
reddim⁹: nō nra largimur iustitie debitu pot⁹ soluim⁹ q;  
mie op⁹ iplem⁹. Ubi et ipsa veritas cū de mia caute exhsibē  
da loqueretur ait. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā  
hoib;. Cui quoq; sententie etiā psalmista cōcīens dicit.  
Dispersit dedit pauperib;: iustitia eius manet in eternum.  
Cum enī largitatem impensam pauperib; permisisset non  
hanc vocare miā: sed iustitiā maluit: q; qd a cōmuni dño  
tribuitur: iustū profecto est ut quicq; accipiunt eo cōiter vta  
tur. Hinc etiā salomon ait. Qui iustus est tribuet et nō cel-  
sabit. **C**Admonēdi sunt quoq; ut sollicite attendant q; si  
culnea que fructum nō habuit contra hanc districtus agri  
cola queritur q; etiā terrā occupauit. Terrā quippe sicut  
ne sine fructu occupat: qñ mens tenscum hoc qd pdesse  
occupat: qñ locū qñē exercere ali⁹ p solem boni operis va-  
luit: stultus p desidie vmbra premit. hi sūt nūc dicere so-  
lent. Cōcessis vtimur: aliena nō querimus: et si digna misse  
ricordie retributione non agūmus: nulla tamē peruersa p;  
petramus. Quod idcirco sentiunt: q; videlicet aurē cordis s;  
verbis celestibus claudunt. Neq; ei dīnes in euangelio q;  
induebatur purpura et byssō: q; epulabatur qui otidie splen-  
dide aliena repūsse: sed infructuose p̄p̄ls vñs fuisse p̄hi

War. vi.

psal. cxii.

puer. xxi.

Luce. xvi.

## pars.

betur: eūq; post hanc vitā vtrix gehenna suscepit: nō quia aliquid illicitū gesit: sed quia immoderato yisu totū se licetis tradidit. Admonēdi sunt tenaces: vt non erint q; hanc prīmā iniuria faciunt deo: quia danti sibi omnia nullā misericordie hostiā reddunt. Hinc etenim psalmista ait. Nō da ps. xlviij.  
bit deo placationē suam: nec preciū redēptionis anime sue  
Preciū nāq; redēptionis dare est opus bonū preuenientē  
hos gratia reddere. Hinc Johāne 3 exēclamat dicens. Jam ei  
securis ad radicem arboris polita est. Omnis arbor que nō  
facit fructū bonum excidetur: t; in ignem mittet. Qui ergo  
se innoxios quia aliena nō rapiunt estimant: ictū securis vis  
cine preuideant: t; torpore improuide securis statis amittant;  
he cum ferre fructū boni operis negligunt: a presentivis  
funditus quasi ex viriditate radicis exfescēntur. At contra  
admonēdi sunt qui t; ea que habent tribuant: t; aliena ra  
pere non desistunt: nec dum valde munifici videri appetat  
de boni specie dētiores fiant. Hī etenim propria indiscre  
te tribuentes: nō vt supra iam diximus ad impatiētie mur  
murationem prouulsi: sed cogente se in opia vīg ad auariciam  
devolvunt. Quid coū mēte infelici? quid<sup>9</sup> de largitis  
te nascit auaricia: t; peccatorū seges quasi ex fonte semina  
tur: prius itaq; admonēd iſunt ut tenere sua rationabiliter  
sciane: t; tunc demū vt aliena nō ambiat. Si enim radix cul  
pe in ipa effusione nō eruritur: nunq; per rāmos exuberās  
auaricie spina lūccat. Occasio ergo rapiendi subtrahit: si  
bene prius ius possidendi disponatur. Tuncvero admoniti  
audiant quomodo que habēt misericorditer tribuant: quā  
do nimis didicerūt vt bona misericordie per interiectam  
rapine nequiciam non cōfundant. Violenter enim exquirūt  
que misericorditer largiūnt. Sed aliud est p; peccatis mis  
ericordiam facere: aliud p; mia facienda peccare: que iam ne  
quaq; mia nuncupari potest: quia ad dulcem fructū nō p̄fit:  
que p̄vires pestifere radicis amarescit. Hinc est enim  
q; ipsa etiā sacrificia per prophetam dominūs reprobat  
dicens. Ego dominūs dī: iugis iudicium: et odio habens  
rapinam in holocausto. Hinc iterum dicit. Hostie impio  
rum abominabiles: que offeruntur ex scelere. Qui sepe  
quoq; et indigentibus subtrahunt: que deo largiū  
ff. iiij.

Luce. iii.

Esa. Ixi.  
p̄ter. xxii.

## Tertia

tur: sed ipsa eos animaduersione remittat: per salomonem  
dhs demonstrat dices. Qui immolat sacrificium de substantia  
pauperis: quasi q̄ victimat filii in cōspectu p̄fis sui. Quid  
nāq̄ esse intolerabilius potest q̄ mors filii ante oculos pa-  
tris. hoc itaq̄ sacrificium ipsa ira aspiciat vñditur: qđ orbat  
p̄fis dolori cōparaet. Et in plerisque ipsa tribuit pēsan: ipsa  
sunt rapis̄ considerare dissimilat. Quasi mercedē numerant  
q̄ p̄cedere culpas recusant. Audiāt itaq̄ qđ scriptū ē. Qui  
mercedes n̄gregauit: misit eas i sacculū p̄tulit. In sacculo  
q̄ppe p̄tulovideat: qđ pecunia mittit: sed qđ amittit nō videat  
Qui ergo ipsa largiū aspiciat: sed ipsū rapis̄ nō p̄pendat  
in pertuso sacculo mercedes mittit: qđ p̄fecto has in spem  
sue fiducie intuentes congerunt: sed non intuentes perdunt.

## Ammonitio. xiii.

**A**liter admonendi sunt discordes: atq̄ aliter  
pacati. discordes nāq̄ admonēdi sunt: vt cer-  
tissime sciunt qđ cōtulibet h̄tutibus polleant  
spiritales fieri nullatenus possunt: si vñri p̄  
cōcordiam primis negligunt. Scriptū quip  
pe est. Fructus autem spiritus est caritas: gaudium pax.  
Qui ergo seruare pacem nō curat: ferre fructum spiritū re-  
cusat. hinc paulus ait. Cū sit inter vos zelus & cōtentio: nō  
ne carnales estis: hinc iterū quoq̄ dicit. pacem sequimini  
cū omnibus & sanctimoniam: sine qua nemo videbit deum.  
hinc rursum admonens ait. Solliciti seruate vnitatē spiri-  
tus in vinculos pacis. vñli corpus & vñus spūs: sicut vocati  
estis in vna spe vocationis yre. Ad vñā ergo vocationis spe  
nequaq̄ p̄tingit: si nō ad eā vñita cū primis mente currat.  
At sepe nōnulli quo quedā specialiter dona percipiunt: sup-  
biēdo donū cōcordie qb̄ magis est amittit: vt si fortasse kar  
quos superat abstinentē cōtemnit. Sed quis abstinentiam  
& cōcordia separat: quid admoneat psalmista perpēdat: ait  
enim. Laudate eū in tympano & choro. In tympano namq̄  
sicca & percussa pellis resonat. In choro autē voces socias  
te cōcordant. Quisquis itaq̄ corpus affligit: sed cōcordiam  
deserit: deum quidem laudat in tympano: sed tamē eū

Lecti. xliij.

Aggel. i.

Gal. v.

i. Cor. iii.  
Hebre. xii.

Ephē. liij.

Psal. cl.

# par<sup>s.</sup>

non laudat in choro. Sepe vero dum quosdam maior scien-  
tia erigit: a ceterorum locerate disiungit: et quasi quo plus  
sapient: eo a concordie natura despiciunt. Ibi itaq; audiant  
quid per se met ipsa in veritas dicat. habete sal in vobis: et Mar. ix.  
pacei habete inter vos. Sal quippe sine pace non virtutis  
est donum: sed damnationis argumentum. Quo enim neli<sup>9</sup>  
sapit: eo deterius delinquit: et idcirco inexcusabiliter et mul-  
timagis merebitur supplicium: quis prudenter si voluisse  
potuit evitare peccatum. Quidam quoq; recte per Jacobum  
dicit. Quod si zelum amarum habetis et contentiones sunt in cor-  
de vestro: nolite gloriari et mendaces esse aduersum verita-  
tem. non est ista sapientia descendens de sursum: sed terrena aia-  
lis dyabolica. Que autem de sursum est sapientia: prius qui-  
dem pudica est: deinde pacifica. Pudicavit delictum q; caste in-  
telligit: pacifica autem q; per elationem se minime a proximorum  
societate disiungit. Admonendi sunt discidetes: ut noue-  
rint q; eadū nullū boni operis deo sacrificiū immolat q; dū  
a primo p; charitatē discordat. Scriptū nāq; est. Si offens-  
tūnus tuū ad altare: et ibi recordatus fueris: quia frater  
tuū habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuū  
ante altare: et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc ve-  
niens offeres munus tuū. Ex qua preceptione pensandum  
est quorū ostia repellit q; intolerabilis culpa monstrat. Nā  
cum mala cuncta bonis sequentibus disiuntur: pensamus  
quanta sint mala discordie: que nisi extincta funditus bonū  
subsequi non permittunt. Admonendi sunt discordes: ut si  
aures a mandatis celestibus declinat: mentis oculos ad co-  
siderāda ea que in insūmis ihsant aperiāt: q; sepe auesyni<sup>9</sup>  
euſdēq; generis sese socialiter volando non deserunt: et q;  
Gregatim alalia bruta pascunt. Que si solerter cōspicimus  
concordando sibi irrationabilis natura indicat q; tum mas-  
lum per discordiam rationalis natura cōmittat: q; hec raz-  
onis intētione perdidit: quod illa motu naturali custodit.  
At contra admonendi sunt pacati: ne dum plusq; necesse  
est pacē quā possidet amat: ad perpetuā puenire non appetat  
pleriq; em grauius intētione mentis rerū tranquillitas tē-  
perat: ut quo non sunt molesta q; obtinent: eo minus ama-  
bilis fiant que vocant. et quo delectant presentia: eo non

Jaco. iii.

Matth. v.

## Tertia

requirant etemam. Ubi et per semetipsam veritas loquens ch  
terrenam pacem a superna distingueret: atque ad veteram  
discipulos ex presenti prouocaret: ait. Pacem relinquo vo-  
bis: pacem meam do vobis. Relinquo scilicet transitoriam: do  
mansuram. Si ergo in ea cor que relicta est ligat: nunc ad il-  
lam quod danda est peruenit. Pax ergo presens ita tenenda est  
ut et diligi debeat et ceterum: ne si immoderate diligat: dilig-  
entis animus in culpa capitali. Unde et admonedi sunt paca-  
ti: ne dum nimis humanam pacem desiderat: prauos homines mo-  
res nequaquam redarguant: et consentiendo peruersis: ab aucto-  
ris suis pace disluggant: ne dum humanas foras iurgia metuunt  
interni federis discessione feriantur. Quid est ei pax transito-  
ria nisi quoddam vestigium pacis eterne? Quid esse ergo  
dementius potest: nam vestigia in puluere impressa diligere  
sed ipsum a quo impressa sunt non amare. Hinc daniel dum  
totum se ad federa pacis interne constringeret: testatur quod  
cum malis concordiam non teneret dicens. Nonne qui oderunt  
te dñe oderam et super inimicos tuos tabescet. Perfecto odio  
oderam illos: inimici facti sunt mihi. Inimicos enim dei pse-  
cto odio odisse est: et quod facti sunt diligere: et quod faciunt incre-  
pare. mores prauorum premere vite prodesse. Pensandu ergo  
est quod ab increpatioe quietescit: quanto culpa par cum pessimum te-  
net. Si propheta taliter hoc velut in hostiis deo obtulit quod con-  
tra se per dominum prauorum inimicitias excitatuit. Hinc est quod tribu-  
leui assumptis gladiis per castorum media transiens: quod ferien-  
tis nosluit peccatoribus parcere: deo manus dicta est coes-  
crasse. Hinc phinees peccatum ciniu gratia spernens: co-  
elites cum madianitis pertulit et iram domini iratus placauit.  
Hinc per semetipsam prophetas dicit. Quid putatis: quod pacem  
veni mittere in terram. Non utique sed gladium. Malorum nam-  
que cum incaute amicitiis iungimur: cui pisces agam. Unde iosa-  
pha quod tot de anteacta vita preconis attollit: de achab re-  
bus amicitiis penitus periturus increpatetur. Cui a domino per pro-  
phetam dicit. Impio prebens auxiliu: et his qui oderunt dominum  
amicitia iungitur: et idcirco iram quidem domini merebaris: sed  
bona opera nostra sunt in te quod abstuleris lucos de terra  
suda. Ab illo enim qui summe rectus est eo ipso iam discre-  
pat: quo peruersorum amicitiis vita nostra concordat. A

Johann. xiiij.

ps. cxlvij.

Ego. xxxii.

Nume. xxv.

Matth. x.

U. paral. xvij.

## parc.

monendi sunt pacati ne si ad increpatiōnis verba profligāt:  
temporale pacē sibi perturbari formidet. Rursusq; admī-  
nendi sunt ut eandem pacem dilectione integra intrinsecus  
teneant: quam per infectionē vocis sibi extrinsecus turbant  
Quod vtrūq; prouide se dauid seruasse perhibet: cum dicit ps. cxix.  
